


LECTURIS BENEVOLIS
Salutem officiosissimam dicit
et simul
Adolescentem elegantis ingenii optimæque spei
**HEINRICUM
WILHELMUM
Eberwein /**

Crottendorfensem Misnicum,
ad Musas in Illustri ad Salam Lyceo optime florentes
cum fausto omne dimittit
ac publicis ibidem Docendi Magistris, Viris
Doctrinae meritorumque in Rem publicam literariam prestantia Clarissi-
mis, reliquisque mansuetiorum Musarum
Fautoribus ex Muneris lege,
meliorem in modum
commendat

M. CHRISTIANUS FRIDERICUS WILISCH
Lycei, qvod est in Montibus D. Annæ,
RECTOR.

Anneberge, Stanno Richteriano.





B. C. D.

Um ex mente Tullii L. i. de offic. c.
34. nihil sit, quod tam deceat, quam in omni re
gerenda confilioque capiendo servare constantiam;
hac potissimum, in qua versamur, ætate haud
scio quid ex iis, quæ sœpius in Scholis publicis
evenire, quæque insigne genuinis Musarum Filii
is affere damnum videntur, primo loco nominandum sit,
præter inconstanter animum & vagabundum, quo isti, quos
diximus, huc illuc persæpe agitantur. Nos equidem eō in præ
sentiarum noster haudquam fert animus, ut cum Poëta
Venufino Jecium quandam, qui *beatis Arabum Gazis* velifica
turus

Coemtos undique nobiles
Libros Panæti, Socraticam & domum
Mutare loricis Iberis

Pollicitus meliora tendit,
aut eum saltem carpamus, qui reliquo vitæ suæ, quod sibi olim
elegerat, genere, omnes in Academiis ordines s. Facultates
velut ὁ κύψη περιπατητής pervagari, & diu animo in diversa versato inter
manendi abeundi que consilium hæsitare non erubescit, cum
tamen haud ignoret, excurrendum quidem in alias doctrinas,
sed in una habitandum esse, & quasi tabernaculum, prout
DANIEL HUETIUS loqui amat, vitæ studiorumque collo
candum. Sed in nostrum solummodo descendamus forum,
animo volventes sedulo, quantam sibi suisque literarum studiis
noceant, qui Musarum sedes sœpenumero commutare, & in a
lias transmigrare Scholas, maximæ sibi & laudi ducunt & sa
luti. Fuit ante duo circiter, & quod excurrerit secula, ridiculum
nequissimorum homuncionum genus, qui Latinis vagantes Scho
lastici, Germanis autem die Fahrenden Schuler dicti, a SEBAST.
FRANCOP. i. Sprichwörter p. 39. Vacunæ litantibus & ne
quam pauperibus adſociantur, & quos HEINRICUS BEBE
LIUS in Facetia suis ao. 1505. Argentin. editis, vivo colore nobis
depingit, sunt quidam, inquieti, Scholastici, qui quum nullius bone fru
gisint, neque operis, neque ſtudeant, nec laborare velint vagantes binc
inde

inde mendicando, variisque artibus & illusionibus, atque preſti-
giis ſimplices ruficos circumveniunt, dicentes ſe fuſſe in monte Ve-
neris, (neſcio quem mentientes, de quo autem legendus eft Theophrastus Paracelsus L.V. de Cauſis Morborum Inviſibil. p. 444.
edit. Forberg. Kornmanni Veneris Berg c. 14. p. 126. &
Jo. Agricolæ deutſche Sprüchwörter n. 301. p. 161) ubi omnem
Magiam didicerint, pollicentur, mirabilia. Quorum etiam men-
tionem faciunt Jo. Pauli in Schimpff und Ernst sub tit. von Do-
cetern und Studenten p. 68. CONRADUS GESNERUS in Ono-
maſtico, (qui eos nil niſi Magos fuſſe aſſerit, eorumque nu-
mero Jo. Faustum, ſi unquam talis extitit, Paracelfum aliosque
Necromantos adjungit,) MARTINUS CRUSIUS P. III. An-
nal. Suecic. L. XI. c. 18. f. 653. ad annum 1544. aliique plures. At
enim vero hi nihil nobis ad rhombum hic faciunt. Diu jamjam
eſt, ex quo ad malam rem iſti abierunt, cujusmodi vomica &
Carcinomata Orbis literati pefſima, ut poſthac etiam ad Garan-
mantas & inhospitalē Caucasum, ut cum Horatio noſtro
loquar, abeant precamur. Liceat autem nobis ab hiſ faltem
nomen muſuari adfirmareque, iſtos haud injuria, quos Scho-
las pervagari juvat, *Vagantes Scholasticos* eſſe compellandos.
Siftimus TIBI, LECTOR BENEVOLE, ante oculos, Vagan-
tem Scholasticum, ſed ſenſu ac ſpe plane diſſimili, felicioris in-
genii meliorisque animi adoleſcentem

HEINRICUM WILHELMUM EBERWEIN

Crottendorffensem Misnicum.

Hic enim Parentis Honoratissimi ſuſu majorique forſitan
Muſarum, limpidiſſimos Salæ fontes potantium, amore ad-
ductus, Pindum noſtrum, qvem per duos fere annos, inter ci-
ves melioris notæ nunquam non habitus, incoluit, relinquere
& Iuſſiſtri Lyceo Portenſi civem ſe dare conſtituit. Cujus men-
tem atque propositum a vulgaribus, quos recenſuimus, Schola-
ſticis Vagantibus longe diverſum, cum nihil ſit, quod vitupere-
mus, bonis ominibus piisque votis hunc a nobis dimittentes,
publicis ibidem ſumma cum laude nominisque immortali glo-
ria docendi Magistris, Viris invidenda in Iuuentutem Muſis con-
ſecratam nec non universam, quaqua patet, Rem publicam
meritorum multitudine magis magisque inclarescentibus, de
meliori coſmendamus. Utut enim ego quidem de hujus vita an-
tea in Sudetibus noſtris acta teſtis adeo locuples eſſe non poſſim,
quippe qui non ita pridem hanc provinciam bono cum Deo
capeſſens, vix per octo dierum ſpatium hunc me audientem
habui. Cum tamen Collegæ meiamantifſimi, quos inter Cl.

MUL-




FK II 9565

X 296 4234

MULLERUS, Pro-Rector hujus Lycei nostri meritissimus primo loco mihi nominandus est, cuius Doctrina potissimum ex eo, quo hic in Montibus nostris commoratus, usus fuit, dotes ejus ingenii non contemnendas optimo modo una cum Hospite suo perquam Reverendo JO. CHRISTOPH. GENSELIO, Sacro penes nos Oratore disertissimo, mihi dererint probatas, animum ipsi ad pietatis literarumque studium alacriorem insimul adprecantes; Non potui non spem concipere de eo maximam, fore ut, si ἦν Φύσει καὶ ἦν μαθήσει accedat στοχός, qvæ ιδίᾳ, teste Plutarcho, εἰς Ἰην παντὸν δικαιον γεγλαν δὲ συνδέσμον, μὴ χωλὴ γενηθῆ νομίσῃ. Id quod Tibi, Juvenis amantissime, animatus vovemus & exoptamus. Denique cum etiam nostra civitas tales foveat Viros, qui Illustri Alumneo Portensi, studiorum incunabula de bent, Ephorum videlicet nostrum summe Reverendum, ANDREAM KUNADUM nec non GABRIEL EM POCARUM & CHRISTIANUM WEBERUM, illum de sacra æde, hunc vero de Schola nostra optime merentem; & vicinia nostra quoque habeat, quod de ENGELSCHALLO, HOEFERO, & JAHNO, Viris undiquaque laudatissimis, maximopere glorietur; Supremum precarum Numen, velit istud fertilissimum Reipublicæ seminarium, inque eo Doctores præstantissimos, quos inter celeberrimum in primis HARTMANNUM, Rectorem istius Scholæ Illustris gravissimum, honoris causa nominamus, omnesqne illos, qui politiori literaturæ favent, nobis incolumes & perpetuos servare. Dabam raptissime è Museo meo, IV Calend. Octobris, in Albis Anni

Dionysiani CICCCVIII.



mc.

LECTURIS BENEVOLIS

Salutem officiosissimam dicit

et simul

Adolescentem elegantis ingenii optimæque spei

HEINRICUM WILHELMUS G.berm

Crottendorfensem

ad Musas in Illustri ad Salam
cum fausto omine

ac publicis ibidem Docent

Doctrinæ meritorumque in Rem publicam
mis, reliquisque mansuetFautoribus ex Muner
meliorem in mod
commendat

M. CHRISTIANUS FRID

Lycei, qvod est in Monti

RECTOR

Annæbergæ, Stanno K



	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
Blue																		
Cyan																		
Green																		
Yellow																		
Red																		
Magenta																		
White																		
3/Color																		
Black																		
B.I.G.																		